Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

25

dictum est. Non uidebunt uitam sed
ira di manet super eos ; Unde hoc quan
do eos clarum est. peccata propria
non habere . sine et originali peccato
teneantur obnoxii ; Bene autem
non ait . ira di ueniet super eum . sed ma
net super eum ; Ab hac quippe ira
qua omnes sub peccato sunt . de qua dicit
apostolus ; Fuimus enim et nos aliquan
do naturaliter filii irae sicut et ceteri
nulla res liberat . nisi gratia di per
ihm xpm dnm nrm ; Haec gratia cur
ad illum ueniat . ad illum non ueniat
occulta esse causa potest iniusta non
potest ; Numquid enim iniquitas apud
dm . absit ; Sed prius sanctarum scriptu
rarum auctoritatibus colla subdenda
sunt . ut ad intellectum per fidem
quisque perueniat ; Neque enim frustra
dictum est. Iudicia tua sicut multa
abyssus . cuius abyssi altitudinem
ueluti expauescens . exclamat apostolus ;